



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Pecunia

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

*V*surarium absque necessitate deponat.  
*Vide V. Deposum, n.s.*

17 ¶ Magistratus etiam permettent concubinas ad vitandum maius malum, non peccant. ¶ An etiam permitendo comedias. Vide V. Comædia, n. 3.

P E C V N I A.

**P**ecunia invenia an & quæ propriæ non sit thesaurus vero Domino, vel eius hereditibus, si compareant testituenda est: si verò non compareant, super hac fieri debet restitutio, sicut & super aliis bonis incertis. Rebellus part. I. l. q. 15. sett. 2. Diana par. 9. 17. 5. ref. 16.

Potest resi-  
nari post  
sufficien-  
tē inquisitio-  
nem.  
2 Pecunia inventa, cuius dominus  
ignoratur, erogari debet in pauperes,  
prosuevlus. Ita Leshius, Molina, Valen-  
tia. Sed ego satis probabiliter affero  
inventa, post sufficientem inquisitio-  
nem, posse retineri ab inventore, etiam  
si dives sit pars 9. tractat. 5. refol. 16. vers.  
Et quidem.

P E N S I O

**P**ensionis causa iusta potest ob servitium aliquod Ecclesiae praestandum ab ipso pensionario, in cuius stipendium illa potest fructum a beneficio sciungitur. Vel iam praestitum ab ipso vel eius consanguineis. Spirituallis, vel ob causam lucratiyam: que sit pia & honesta, ut quia pensionarius studiis vacat, hospitalitatem exercet & familia; vel ob onerosam, cum pensio sub onere conceditur resigantibus, vel permittantibus cum minori, vel cedentibus liti & pensioni. Absque autem causa iusta, adhuc eius obtentionem licitam esse in conscientia tenent Canonista. Negant Theologi & probabilius. Sed prior opinio non est improbabilis. p.10. tr.14.ref. 70. Pensionem nulla vendi potest, in consulto summo Pontifice p.10 tr.16.ref. 94. §. Sed quid.

*z Bonac. de horis Canoniciis discept. i. Quid de e  
quest. 1. par. 4. num. 11. existimat, & meri-  
to eum, qui cessit pensioni quoad ali-  
quam partem, non remanere exemptum  
ab obligatione recitandi officium Bea-  
tæ Virginis. Secus si liberaliter cessit  
pensioni in totum. Idem dicendum  
videtur de pensionario, qui consentit  
pensionem redimi accepta nonnullo-  
rum quinque, aut trium, annorum an-  
ticipata solutione: militat enim eadem  
ratio.*

Penso non  
nunquam  
reservatur  
in capite,  
seu vita  
vnius.  
Pensio aliquando reservatur in ca-  
pitc, seu vita vnius, sed ad q̄mmodum,  
& vtilitatem alterius: nam propter le-  
ges Hispanicas beneficia, & pensiones  
illius regni nos possunt conferri, nisi  
naturalibus, idēc indicium est, ut pen-  
sio imponatur in capite alicuius Hispani-  
orū, penes quem verē residatius pen-  
sionis: sed tota vtilitas pertinet ad ali-  
quem Italum, cui Papa specialiter in-  
tendit eam gratiam facere, & qui ea de  
causa constituantur tanquam procedu-  
toris revocabilis ad illam exigendam:  
& quoniam hic vterque suo modo est  
pensionarius, idest, Hispanus ratione  
iuris, & Italus ratione commodi, &  
pensio completa accepta non subsistit  
nisi in vroque simul, hinc est, quod  
tam spiret per mortem vnius, quam al-  
terius, ut pluribus totæ decisionibus  
videri potest apud Garciam de benefi-  
ciis parte i capite 5. numero 162. in hoc  
igitur casu recitare officium B.V. perti-  
net ad illum, in cuius commodum as-  
signata est pensio. Sic Bonac. Trul-  
lench, & Baldelli. Non defunt aliqui  
existimantes oppositum. Propterea  
observantur, quod huiusmodi pensio-  
nes constituantur in persona, in vita  
Clericali constituta, aliunde obliga-  
ta ad divinum officium recitandum.  
Ita Filii Iustiniani tom 3 tractat 51. capite 9.  
quasi 13. numero 19. qui citat Garciam,  
& Suarez. pars 10. tractat 16. resolutio-  
ne 91.

4. Pensionis redemptio maxime si  
collatio eius simul sit spiritualis & respo-  
ralis, irritada est, si abq; autoritate Pas-  
pa fiat. Garzias de beneficiis part. i. cap. 5.  
et sic.